# Beiblatt zu den Botanischen Jahrbüchern.

Nr. 78.

Band XXXIV. Ausgegeben am 25. Oktober 1904. Heft 4.

## Aloysius Sodiro, S. J.: Plantae ecuadorenses. III.

### Taxaceae

auctore R. Pilger.

1. **Podocarpus glomeratus** Don in Lamb. Pin. ed. 1 (1824) II. 21; Pilger in Engl. Pflanzenr. IV. 5. 86.

Arbuscula 3—5 m alta, forte etiam major.

Crescit in monte Chimborazo versus »Guanaco« (S. n. 165/2 sine floribus mense Sept. 1872); in monte Chimborazo ad 3000 m alt. (S. n. 165/1).

2. **P. oleifolius** Don in Lamb. Pin. ed. 1 II. (1824) 20; Pilger in Engl. Pflanzenr. IV. 5. 87.

Arbor procera, ligno ad fabrilia optimo; vulgo; »Sisin«.

Crescit in silvis montis Pichincha et Corazon, 1500—3000 m s. m. (S. n. 165/3 — floribus ♀ mense Jul. 1873).

Species adhuc non nisi ex civitatibus Peru et Costa-Rica nota.

### Cyperaceae

auctore C. B. Clarke.

1. **Kyllinga pumila** Mich. Fl. Bor. Amer. I. p. 28; Urban Symb. Antill. II. p. 11, 13 cum syn.

Crescit in collibus et graminosis interandinis, Quito, etc. (S. n. 199/16, 199/17, 199/18, 199/18[b]).

2. **Pycreus polystachyus** Beauv. Fl. d'Owaz II. p. 48, t. 86 fig. 2; Urban Symb. Antill. II. p. 15, 17 cum syn. *Cyperus brizaeus* Presl. Rel. Haenk. I. p. 168, non L. C. Rich.

Crescit in Guayaquil (S. n. 199/3).

3. **P. melanostachyus** C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. Beibl. n. 68 p. 4—6, cum syn.

Crescit in altiplanitie circa Quito (S. n. 199/2).

4. **Juncellus laevigatus** C. B. Clarke in Hook. f. Fl. Brit. Ind. VI. p. 596; Urban Symb. Antill. II. p. 20, 21, cum syn.

Crescit in palustr. (S. n. 153, n. 199/154).

5. **Cyperus Surinamensis** Rottb. Descr. et Ic. p. 35 t. 6 fig. 5; Urban Symb. Antill. II. p. 22, 26 cum syn.

Crescit ad sinum Guayaquil prope vicum Balao (S. n. 199/5).

6. **C. reflexus** Vahl Enum. II. 299; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. Beibl. n. 68 p. 11. *C. Sellowii* Link Hort. Berol. I. p. 307 II. p. 318. *C. intricatus* Schrad. in Roem. et Sch. Syst. II. Mant. p. 98. *C. fraternus* Kunth Enum. II. 42. *C. haematostachys* Steud. Cyp. 41. *C. arenicola* Steud. Cyp. p. 51.

Crescit in graminosis interandinis prope Pifo (S. n. 199/15 bis).

7. **C. Luzulae** Retz Obs. IV. 11; Urban Symb. Antill. II. p. 22, 27, cum syn.

Crescit prope Guayaquil et S. Miguel de los Colorados (S. n. 199/15).

8. **C. diffusus** Vahl Enum. II. p. 321; Urban Symb. Antill. II. p. 22, 30 cum syn. *C. elegans* Swartz Obs. Bot. p. 30, non Linn.

Var. *β*. **Chalaranthus** (sp.) Presl Rel. Haenk. I. p. 177 t. 32. *C. limbatus* Maury in Mem. Soc. Genèv. XXXI. p. 128.

Crescit in reg. trop. secus flumina Pilotou, Toachi, Yayuachy. (S. n. 199/4).

9. **C. Martianus** Nees in Mart. Brasil. II. pars 1 p. 32. *C. caducus* Steud. Cyp. p. 315. *C. Friburgensis* Boeck. Cyp. Novae II. p. 2. *C. fusco-ferrugineus* Boeck. in Allgem. Bot. Zeitschr. I. p. 226.

Crescit in graminosis udis ad Chillo (S. n. 199/7).

10. **C. distans** Linn. F. Suppl. p. 103; Urban Symb. Antill. II. p. 22, 32, cum syn.

Crescit in palustribus subtropicis prope S. Florencio (S. n. 199/12).

11. **C. articulatus** Linn. Sp. Pl. ed. I. p. 44, ed. II. p. 66; Urban Symb. Antill. II. p. 23, 33 cum syn.

Crescit in regione tropica prope Guayaquil (S. n. 199/6).

12. **C. comosus** Poir. Encycl. Suppl. V. p. 185; Urban Symb. Antill. II. p. 23, 37, cum syn.

Crescit in palustribus Guayaquil (S. n. 199/9).

13. **Mariscus flavus** Vahl Enum II. p. 374; Urban Symb. Antill. II. p. 39, 41, cum syn.

Crescit in graminosis interandinis vallis Chillo (S. n. 199/1).

14. **M. echinatus** Elliott Bot. S. Carolina I. p. 75 t. 3 fig. 1; Urban Symb. Antill. II. p. 39, 43, cum syn.

Crescit in graminosis circa Quito (S. n. 199/1. b.).

15. **M. Jaquinii** H.B.K. Nov. Gen. et Sp. I. 216 in nota; Urban Symb. Antill. II. p. 39, 45, cum syn.

Crescit circa Quito (S. n. 199/11).

16. **M. elatus** Vahl Enum. II. p. 377, non Kunth; Urban Symb. Antill. II. p. 39, 46, cum syn.

Crescit in ripa lacus Yaguariocha (S. n. 199/14, forma grossa).

17. M. **Meyerianus** Nees in Mart. Fl. Brasil. II. pars 1 p. 49; Urban Symb. Antill. II. p. 39, 47, cum syn.

Crescit in sylvis tropicis (S. n. 199/10).

18. **M. rufus** H.B.K. Nov. Gen. et Sp. I. p. 216 t. 67; Urban Symb. Antill. II. p. 40, 49, cum syn.

Crescit ad sinum Guayaquil prope Balao (S. n. 199/13).

19. **Eleocharis capitata** R. Brown Prodr. p. 225; Urban Symb. Antill. II. p. 59, 66 cum syn.

Crescit ad ripas fluminis Yaguachi, (S. n. 23).

20. **E. palustris** R. Brown Prodr. p. p. 224 in nota; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 18, 19. *E. haematolepis* Steud. Cyp. p. 79. *Scirpus palustris* Linn. Sp. Pl. p. 70 partim.

Crescit in paludibus, Quito (S. n. 199/22).

21. **E. nodulosa** Schultes in Roem. et Sch. Syst. II. Mant. p. 87; Urban Symb. Antill. II. p. 59, 67 cum syn.

Crescit in paludibus, Quito (S. n. 25, n. 199/25).

22. **E. acicularis** R. Brown Prodr. p. 224 in nota; Urban Symb. Antill. II. p. 59, 67 cum syn.

Crescit in palustribus, Quito (S. n. 199/20).

23. **E. albibracteata** Nees in Linnaea IX. (1834) p. 294; Kunth Enum. II. p. 143; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 18, 23. *Chaetocyperus albibracteatus* Nees in Nova Acta Nat. Cur. XIX. Suppl. 1. (1843) p. 95 (pl. Guianensi excl.). *Scirpus melanocephalus* Griseb. Symb. Fl. Argent. p. 311.

Crescit prope Pomasqui (S. n. 199/19).

24. **E. montana** Roem. et Sch. Syst. II. p. 153; Urban Symb. Antill. II. p. 60, 73, cum syn.

Crescit in palustribus prope Riobamba (S. n. 199/21).

25. **E. platypus** C. B. Clarke ms. in herb. Kew; rhizomate 3—5 cm longo, obliquo, robusto, radicibus numerosis longis lentis levibus; culmis 10—35 cm longis, subrobustis, 5—6 striatis, vagina summa apice truncata, firma saepe purpurascente; spicula 1,8 cm longa 3 mm lata, polysperma, castaneo-brunea; glumis 2—3 mm longis, multispiris, rotundo-ellipticis, castaneo-purpureis in carina luteis, 2 imis vix longioribus vacuis magis viridibus; setis 4, nucem superantibus, dense retrorsim hispidis, ferrugineis; filamentis latis; stylo 3-fido; stylo-basi conica, e cellulis magnis rotundo-ellipticis conspicua, in nuce sessili cum hac fere fusa; nuce ellipsoidea, trigona.

Crescit prope Nono (S. n. 11 bis).

Sodiroi exemplum est juvenile; supra descripsi Sprucei plantam in Andibus Quitensibus prope Guano lectam.

26. E. **geniculata** R. Brown Prodr. p. 24 in nota; Urban Symb. Antill. II. 60, 74, cum syn.

Crescit ad torrentem Cristol, prope Balzapamba (S. n. 24, n. 199/24).

27. **Fimbristylis diphylla** Vahl Enum. II. p. 289; Urban Symb. Antill. II. p. 76, 77, cum syn.

Crescit in monte Cotocachi prope Quisaya alt. 1900 m (S. n. 199/32. b), prope Navanjibo (S. n. 199/32).

28. **F. complanata** Link Hort. Berol. I. p. 292; Urban Symb. Antill. II. p. 76, 81, cum syn.

Crescit in Guayaquil (S. n. 19/33).

29. **Bulbostylis capillaris** Knuth Enum. II. p. 212 cf. p. 205; Urban Symb. Antill. II. p. 85, 88, cum syn.

Crescit ad flum. Chimbo (S. n. 199/35[b]), prope Quito (S. n. 199/35[a]).

30. **Scirpus cernuus** Vahl Enum. II. p. 245; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 26, 27. *S. Savii* Sebast. et Mauri Prodr. Fl. Rom. p. 52. *S. setaceus* Linn. hb. proprii et Mant. p. 321 nec. Sp. Pl. ed. 2 p. 73. *S. riparius* Poir. Encycl. Suppl. V. p. 103 nec Presl. *Isolepis pygmaea* Kunth Enum. II. p. 191. *Cyperus Pumilio* Steud. in Lechler Berber. Amer. Austr. p. 53 et Cyp. p. 16.

Crescit ad rivos in regione andina et subandina (S. n. 199/34).

31. **S. inundatus** Poir. Encycl. Suppl. V. p. 103; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 26, 30, cum syn.; P. Maury in Journ. Bot. II. (Paris 1886) p. 119. *Isolepis inundata* R. Brown Prodr. p. 222. *Cyperus Urvilleanus* Steud. Cyp. p. 16; cf. Boeck. in Flora XLII. (1859) p. 448.

Crescit secus rivum Cachupi (S. n. 15/32), in pascuis udis andinis et subandinis (S. n. 199/36).

32. **S. Cubensis** Kunth Enum. II. p. 172; Urban Symb. Antill. II. p. 90, 92, cum syn.

Crescit in tropicis prope Guayaquil (S. n. 199/8).

33. **S. Americanus** Pers. Syn. I. p. 68; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 26, 34, cum syn. *S. pungens* Vahl Enum. II. p. 225.

Crescit in palustribus prope Oyacachi (S. n. 37. b.), in scaturig. prope Riobamba (S. n. 199/37).

34. **S. riparius** Presl Rel. Haenk. I. p. 193; C. B. Clarke in Engl. Jahrb. XXX. (1901) Beibl. n. 68 p. 26, 36, cum syn.

Crescit in paludibus prope Riobamba (S. n. 199/38).

35. **Fuirena umbellata** Rottb. Descr. et Ic. p. 70 t. 19 i. e. t. 18 altera fig. 3; Urban Symb. Antill. II. p. 96, 97, cum syn.

Crescit prope Guayaquil (S. n. 199/39).

36. **Dichromena ciliata** Vahl Enum. II. p. 240; Urban Symb. Antill. II. p. 99, 101, cum syn.

Crescit in silvis tropicis, prope S. Domingo (S. n. 199/30), secus flum. Pilaton (S. n. 199/27).

37. **D. radicans** Schlecht. et Cham. in Linnaea VI. (1831) p. 38; Urban Symb. Antill. II. p. 99, 102, cum syn.

Crescit prope Riobamba, alt. 3600 m (S. n. 29), in reg. trop. prope Sto Domingo (S. n. 199/28), prope Pallatanga (S. n. 199/31).

38. **Rynchospora polyphylla** Vahl Enum. II. 230; Urban Symb. Antill. II. p. 104, 114, cum syn.

Crescit in uliginosis subtropicis, prope San Florencio (S. n. 199/44), in valle Nanegal (S. n. 199/45).

39. **R. aristata** Urban Symb. Antill. II. p. 104, 114, cum syn. *Rhynchospora aristata* Boeck. in Flora XL. (1857).

Crescit in fruticetis alt. 1260 m (S. n. 199/42. b.).

40. **R. Ruiziana** Boeck. in Linnaea XXXVII. (1873) p. 641 (sub *Rhynchospora*).

Crescit in montibus provinciae Imbabura (S. n. 199/48), in monte Pichincha (n. 199/42. b.), in subandinis prope Quito (S. n. 199/41).

Var. β. **triceps** Urban Symb. Antill. II. p. 104, 115, cum syn.

Crescit in provincia Imbabura (S. n. 199/47), prope Tambillo (S. 199/40).

41. **R. locuples** C. B. Clarke ms. in Tonduz n. 11919; metralis foliis 12—20 mm latis; panicula 4 dm longa, 12 cm lata, densiuscula, myriantha; paniculis partialibus pyramidatis, rigidis, compositis; spiculis 3—4 mm longis, lanceolatis, stramineis, 1-nucigeris; nunc 1—1 $^1/_2$ mm longa, oblongo-ellipsoidea, pallida, reticulata; rostro oblongo-lineari, quam utriculus longiore, albido, rugosulo; setis irregularibus, albis, rigidis, retrorsim scabris, modo 1—2 nucem superantibus modo vix ullis; stylo longo apice brevissime 2-dentato.

Crescit in silvis subandinis prope pagum Nono (S. n. 199/43).

42. **R. macrochaeta** Steud. in Lechler Berber. Amer. Austral. (1857) p. 56 sub *Rhynchospora*; Boeck. in Linnaea XXXVII. (1873) p. 632. *R. Hoffmanni* Boeck. in Linnaea XXXVII. (1873) p. 637.

Crescit prope Nono (S. n. 199/42[a]), in subtrop. vallis Nanegal S. n. 43[e]).

Var. β. **Jamesoni** C. B. Clarke ms. in Jameson n. 773, 855; paniculis partialibus latiuscule pyramidatis, ramulis minute pilosis; nuce, quam in *R. macrochaeta* typica, paullo minore.

Crescit prope Quito (S. n. 42[b]), in montis silvis subandinis Pasochoa (S. n. 43[d]).

43. **R. Ecuadorensis** sp. nova; foliis inferioribus 8 dm longis 1 cm latis, in pagina inferiore puberulo-glandulosis; spiculis 5 mm longis, fere glabris; setis cum $^3/_4$—1 $^1/_2$ parte nucis aequilongis, minute antice scabris; nuce vix 1 mm longa, oblongo-ellipsoidea, levi lucida. — Species *R. macrochaetae* Steud., affinis.

Crescit in monte Tungurahua (S. n. 43[c], n. 47[b]), in Ecuador (S. n. 199/42[a]), in senticosis interandinis, Guapulo-Cumbaya (S. n. 42[d]).

44. **Pleurostachys Millegrana** Steud. Cyp. p. 139; Boeck. in Linnaea XXXVIII. (1874) p. 226. *P. extenuata* Steud. Cyp. p. 139. *P. Orbigniana* Brongn. in Duperrey Voy. Coquille pars 2 (1829) p. 175? *P. grandifolia* Boeck. in Kjob. Vidensk. Meddel (1879—80) p. 25. *Nemochloa Millegrana* Nees in Mart. Brasil. II. pars 1 p. 150. *N. extenuata* Nees in Mart. Brasil. II. pars 1 p. 152.

Crescit in silvis tropicis secus flum. Pilaton (S. n. 199/46).

45. **Scleria hirtella** Swarte Prodr. p. 19; Urban Symb. Antill. II. p. 137, 140, cum syn.

Crescit prope Iruby (S. n. 199/56).

46. **S. reflexa** H.B.K. Nov. Gen. et Sp. I. 232; Urban Symb. Antill. II. p. 138, 145, cum syn.

Crescit prope Guayaquil (S. n. 199/52).

47. **S. melaleuca** Schlecht. et Cham. in Linnaea VI. (1831) p. 29; Urban Symb. Antill. II. p. 138, 146, cum syn.

Crescit in Ecuador (S. n. 199/54).

48. **S. microcarpa** Nees in Linnaea IX. (1834) p. 302; Urban Symb. Antill. II. p. 138, 149, cum syn.

Crescit in subtropicis vallis Nanegal (S. n. 199/55), in tropicis, sec. fl. Pilaton (S. n. 199/56).

49. **S. mitis** Berg. in Acta Holm. (1765) p. 145 t. 5; Urban Symb. Antill. II. p. 138, 150, cum syn.

Crescit sec. fl. Peripa, alt. 300 m (S. n. 199/51).

50. **S. sororia** Kunth Enum. II. p. 343; Boeck. in Linnaea XXXVIII. (1874) p. 519. *Ophryoscleria sororia* Nees in Mart. Brasil. II. pars 1 p. 184.

Crescit in valle Nanegal et secus fl. Pilaton (S. n. 199/53). In Sodiroi exemplo nuces non bene maturatae; planta nota certe determinata est.

## Cariceae

auctore G. Kükenthal.

1. **Uncinia jamaicensis** Pers. Syn. II. p. 534 non Liebm. *U. hamata* (Sw.) Urban Symb. Antill. II. 2 p. 169. ? *U. multifolia* Boeck. in Engl. Bot. Jahrb. VIII. p. 207. *Carex uncinata* Schkuhr Riedgr. p. 13 t. 9 fig. 30 ex p. *C. hamata* Sw. Prodr. p. 18. *C. jamaicensis* Poir. Encycl. Suppl. III. p. 282.

Crescit in silvis subandinis montis Pichincha in valle Lloa (S. n. 58).

2. **U. phleoides** Pers. Syn. II. p. 534. *U. lasiocarpa* Steud. ex Boeck. in Linnaea XLI. p. 349. *U. longifolia* Desv. in Gay Bot. Chil. VI. p. 226 t. 72 fig. 1, non Kunth. *U. Montteana* Phil. in Linnaea XXX. p. 205.

*U. longispica* Franch. in Miss Sc. Cap. Horn V. p. 378, non Boeck. *U. phl.* var. *brachytricha Spegazzini* in Revist. Facult. Agron. y Veterin. La Plata III, p. 626. *Carex phleoides* Cavan. Icon. V. p. 40 t. 464 fig. 1.

Crescit in valle Pallatanga (S. n. 59).

Var. **nux-nigra** C. B. Clarke in Journ. Linn. Soc. XX. p. 399 (excl. Syn.). *U. phl.* var. *Krausei* Kükenth. in Bot. Centralbl. LXXVI. p. 211.

Crescit in silvis subandinis montis Pichincha (S. n. 199/57).

3. **Carex ecuadorica** Kükenthal n. sp. *C. Douglasii* Griseb. Mss., non Boott.

Rhizomate longe repente lignoso vaginis brunneis costatis obtecto; culmo 10—15 cm alto incurvo firmo triquetro laevi inferne foliato; foliis culmum subaequantibus 2 mm latis complicato-planis recurvis gramineis rigidis; spica ovata densa crassa $1\frac{1}{2}$ cm longa ebracteata vel breviter setaceo-bracteata e spiculis numerosis androgynis ovatis composita; squamis lanceolato-ovatis acutis castaneis marginibus late albo-hyalinis viridi-carinatis; utriculis parvulis squamis obtectis $2\frac{1}{2}$ mm longis membranaceis ovatis pallidis glabris dorso plurinervosis ventre enerviis basi contractis marginatis in rostrum longum marginibus laeve bidentatum abrupte desinentibus; achaenio ovato; stigmatibus 2 brevibus.

Species *C. divisae* Huds. modice affinis, differt caule incurvo, squamis lanceolato-ovatis, utriculis parvulis membranaceis minus nervosis longius rostratis.

Crescit in pascuis andinis vulcani »El Altar« prope Riobamba (S. n. 199/60). Jam antea in Andibus ecuador. lecta (Spruce n. 5908! Lehmann n. 7689!) et a. cl. Griseb. erronee pro *C. Douglasii* Boott. habita fuit, a qua notis plurimis discrepat.

4. **C. Bonplandii** Kunth in Enum. pl. II. p. 380; Boeck. in Linn. XXXIX. p. 74 partim, non Bailey. *C. Purdici* Boott. Illustr. Carex I. p. 26 t. 67.

Crescit in pascuis interandinis: Lloa, Chillo (S. n. 199/61), in pascuis andinis paludosis vulcani Sincholahua (S. n. 71) et forma ad var. *angustifoliam* Boott vergens in pascuis Andium or. prope Oyacachi (S. n. 70). Caeterum ex Andibus Columbiae (Triana! Lehmann n. 5033! et 5034!), peruvianis (Lechler n. 2560[a]!) et boliviensibus (Spruce n. 5901!) reportata est.

5. **C. cladostachya** Wahlenb. Vet. Akad. Handl. Stockholm XXIV. p. 149. Urban Symb. Antill. II. p. 157, cum syn. *C. flaccida* Sw. Fl. Ind. occid. Append. ex Schkuhr Nachtr. Riedgr. p. 41. *C. polystachya* Boott. Illustr. Carex IV. p. 152 t. 490—492, non Wahlenb.

Crescit in interandinis, Guapulo-Cumbaya (S. n. 199/42[c]). Det. C. B. Clarke.

Crescit in silvis temperatis vallis Pallatanga (S. n. 199/49?), in silvis subandinis m. Cotocachi, Pichincha et Corazon 1460—2600 m (S. n. 199/68). Det. G. Kükenthal.

6. **C. Sodiroi Kükenthal** n. sp.

Rhizomate lignoso; caule subbipedali valido triquetro laevi; foliis caulem

subaequantibus 4—6 mm latis planis carinatis marginibus valde revolutis apice attenuatis supra asperis pallide viridibus coriaceis, vaginis inferioribus fuscescentibus dissolutis; inflorescentia depaniculata interrupta totum culmum fere obsidente; paniculis partialibus 14 binis, excepta ima paullo supra basin inserta singula, in ambitu oblongo-ovatis subdensis multiramosis erectis, inferioribus distantibus inaequaliter longe exserte pedunculatis, pedunculis firmis triquetris scabriusculis; rhachi hispida; bracteis foliaceis paniculas superantibus vaginantibus; spiculis numerosis androgynis oblongo-ovatis 6—8 mm longis divaricatis subdensifloris approximatis, superioribus simplicibus inferioribus spicatim dispositis; squamis ♀ parvulis ovatis mucronatis castaneis viridi-carinatis; utriculis squamas superantibus patulis membranaceis ellipsoideis trigonis vix 3 mm longis non inflatis brunneo-virentibus nitidulis glabris tenuiter plurinervosis (nervis 2 marginalibus prominentibus) basi contractis apice in rostrum longum demum excurvum ore bidentatum subsensim attenuatis; achaenio ellipsoideo trigono lateribus concavis; stigmatibus 3.

Species insignis priori accedens, sed culmo validiore, inflorescentia depaniculata, paniculis numerosioribus binis densis multiramosis in ambitu oblongo-ovatis, non ovato-triangularibus, squamis castaneis et characteribus aliis distincta.

Crescit in silvis ad pagum Gualea (S. n. 199/69).

7. **C. pichinchensis** Humb. et Kunth in Nov. gen. et sp. I. p. 233.
Var. **dura** Boott in Illustr. Carex I. p. 73 t. 200 fig. 1.

*C. sachapata* et *Tapina* Steud. in Lechl. Berb. Amer. austr. p. 56. *C. fusco-atra* Boeck. in Linnaea XL. p. 378. *C. Ruiziana* Boeck. l. c. p. 377.

Crescit in palustribus montis Pichincha prope Tablahuasi 3400 m (S. n. 63). Area: Columbia (Jameson ex Boott) et Peru (Ruiz! Lechler n. 2050! 2519!)

8. **C. Lemanniana** Boott in Trans. Linn. Soc. XX. p. 121 et Illustr. Carex I. p. 72 t. 198 ex p. (excl. planta dextra!) *C. pichinchensis* Boeck. in Linnaea XXXIX. p. 147 ex. p., non Humb. et Kunth.

Sub *C. pichinchensi* cl. Boeck. duas species confudit, nempe *C. Lemannianam* Boott (i. e. Hartweg n. 1446!) et *C. Jamesoni* Boott (i. e. plantam Gollmeri), quae tristigmatica est. A *C. Lemanniana* Boott, *C. pichinchensis* Humb. et Kunth (vera) distinguitur praeter notas alias imprimis squamis latioribus majusculis nigricantibus utriculisque enerviis magis conspicue stipitatis marginibus laevibus, rostro leviter bidentato non bifurcato.

Crescit in declivibus occid. montis Pichincha prope Tablahuasi 2600 m (S. n. 199/65), in valle Pallatanga 300 m (S. n. 199/65[b]), in pascuis palustribus vallis Sincholahua (S. n. 60[c] ex. p.). Praeterea nonnisi in Columbia in paludosis vulcani Cotopaxi (Hartweg n. 1446!) reperta est.

9. **C. Jamesoni** Boott. in Proc. Linn. Soc. I. p. 258.

*C. Galeottiana* C. A. Meyer in Bull. Acad. Brux. IX. 2 p. 248.

*C. Cortesii* Liebm. in danske Vidensk. Selsk. Skr. V. 2 p. 268.

*C. pichinchensis* Boeck. in Linnaea XXXIX. p. 147 ex. p., non Humb. et Kunth.

*C. viridis* Boeck. in Linnaea XL. p. 330 ex. p., non JUNGHUHN. Cum *C. Lemanniana* mixta erat, cujus affinitatem ob stigmata tria fugit.

Crescit in pascuis palustribus vallis Sincholahua (S. n. 60$^{c}$ ex. p.).

10. **C. crinalis** Boott in Proc. Linn. Soc. I. p. 256 et Illustr. Carex IV. 156 t. 503.

Crescit in colle Panecillo prope Quito (S. n. 199/62). Area: Columbia (LEHMANN n. 6975!), Ecuador (SPRUCE n. 5902!), Peru (SPRUCE).

11. **C. acutata** Boott in Trans. Linn. Soc. XX. p. 124, non BAILEY. *C. foeminea* Steud. Syn. pl. Cyper. p. 203. *C. Anwandteri* Phil. in An. Univ. Chil. 93 p. 498.

Crescit in valle Chillo prope Sangolgué (S. n. 66), in pascuis subandinis vallis Lloa et Chillo (S. n. 199/66). Area: Venezuela, Columbia, Ecuador (SPRUCE n. 5939!), Peru, Chile (locis multis!).

12. **C. aematorrhyncha** Desv. in Gay Bot. Chil. VI. p. 224 t. 73 fig. 22. *C. campyloxis* Steud. Synops. p. 213. *C. potamostauros* Steud. in Lechl. Berb. Amer. austr. p. 52. *C. filiformis* subsp. *aematorrhyncha* Kükenth. in Engl. Bot. Jahrb. XXVII. p. 556.

Crescit in pascuis interandinis provinciae Imbabura prope Otavalo (S. n. 199/64). Area: Chile et Argentina.

## Juncaceae

auctore FR. BUCHENAU.

1. **Luzula boliviensis** Buch.

Crescit in pascuis andinis praedii Tigua (leg. R. RIOFRIO n. 186/10 — 1895).

2. **L. peruviana** Desv.

Crescit in pascuis et silvulis andinis montis Corazon (S. n. 186/11 — mense Augusto 1883); in pascuis et silvulis andinis montis Pichincha, Corazon etc. (S. n. 186/12).

3. **L. gigantea** Desv.

Crescit in monte Imbabura (S. n. 186/14 — mense Julio 1871); in provincie Rio-Bamba ad Toldo (S. n. 186? — mense Augusto 1901); in silviolis andinis montis Pichincha et Corazon (S. n. 186? — mense Junio 1886).

4. **Juncus andicola** Hook. vel **J. Lesueurii** Bolander (alabastra!).

Crescit in pascuis palustribus prope Otavalo (S. n. 186/1 — mense Decembre 1886).

5. **J. capillaceus** Lam.

Crescit in graminosis interandinis ad Quito etc. (S. n. 186/7).

6. J. **imbricatus** Lah. var. **Chamissonis** Buchenau (et **J. capillaceus**?).

In pascuis et collibus interandinis circa Quito etc. (S. n. 186/5); in graminosis udis interandinis prope Quito etc. (S. n. 186/5b — mense Majo 1894).

7. **J. bufonius** L. var. **genuinus** Buchenau.

Crescit in locis arenosis udis circa Quito (S. n. 186/8 — mense Majo 1895); specim. tepalis excrescentibus; in temperatis palustribus prope S. Florencio, 1600 m. s. m. (S. n. 186/9 — mense Majo 1895).

8. **J. cyperoides** Lah.

In palustribus temperatis prope S. Florencio (S. n. 186/6 — mense Majo 1885).

9. **J. brevifolius** Liebmann var. **quitensis** Buchenau.

Crescit in pascuis palustribus subandinis montis Atacazo (S. n. 186/2 — mense Novembre 1873); in palustribus subandinis prope Pomasquí (S. n. 186/3 — mense Septembre 1894).

10. **Juncus** sp. inextricabilis; e subgenere *J. septatorum*.

Crescit in uliginosis subtropicis prope S. Florencio (S. n. 186/4 — mense Majo 1885).

## Draba L.

auctore E. Gilg.

1. **D. alyssoides** H.B.K.

In rupibus andinis 3600—4000 m s. m. (S. n. 47).

2. **D. grandiflora** Hook. et Arn.

In regione superiore m. Chimborazo, Antisana etc., 4000—4600 m s. m. (S. n. 49).

3. **D. aretioides** H.B.K. (syn. *D. obovata* Benth.).

In summis jug. and. m. Antisana, Pichincha, Chimborazo etc. (S. n. 48).

4. **D. Benthamiana** Gilg msc.

In aven. vulcan. and. ultra 4500 m (S. n. 46).

5. **Eudema nubigena** H.B.K. (?).

In summis rupestribus m. Pichincha et Antisana (S. n. 52 — fl. m. August.).

## Nyctaginaceae

auctore A. Heimerl.

1. **Mirabilis prostrata** (Ruiz et Pav.) Heimerl (*Oxybaphus micranthus* Choisy).

Crescit in fruticetis interandinis prope pagum Cotocollao (S. n. 128/2 — mense Junio 1885).

2. **M. prostrata** (Ruiz et Pav.) *β*. **pubigera** Heimerl.

Differt a typica *M. prostrata* (Ruiz et Pav.) (*Calyxhymenia prostrata*

Ruiz et Pav.!, Systema florae Peruv. I. 25) imprimis indumento: planta (basi s. parte inferiore glabrata excepta) pilis minutis, ± incurvis, apice clavatis, superne et imprimis versus ultimas ramificationes pilis apice globosis ± frequenter immixtis dense glutinoso-puberula.

Crescit in fruticetis interandinis et ad sepes prope Quito (S. n. 128/1 mense Julio 1873).

3. **Boerhaavia paniculata** L. C. Rich.

Crescit in fruticetis tropicis et subtropicis prope Puente de Chimbo (S. n. 128/5 — mense Septembre 1891).

4. **B. glutinosa** Lag. et Rodr.

Crescit in fruticetis tropicis arenosis prope pagum Puente de Chimbo (S. n. 128/4 — mense Septembre 1891).

5. **Allionia incarnata** L.

Crescit in temperatis et calidioribus Niebly etc. (S. n. 128/3 — mense Augusto 1871).

6. **Colignonia ovalifolia** Heimerl in Denkschr. Wr. Academie LXX. p. 36.

Crescit in silvis subandinis montis Pichincha, Corazon etc. (S. 128/6 — mense Julio 1873).

7. **C. parviflora** (Kth.) Choisy.

Crescit rara in silvis montis Corazon (S. n. 128/7 — mense Augusto 1879).

8. **Cryptocarpus pyriformis** Kth.

Crescit in fruticetis et ad sepes prope Guayaquil (S. n. ? — mense Septembre 1872).

## Tropaeolaceae

auctore Fr. Buchenau.

1. **Tr. majus** L.

Crescit cultum et efferatum in altiplanitie, an etiam sponte? (S. n. 222).

2. **Tr.** spec. probab. **Tr. Moritzianum** Klotzsch et Otto[1]).

Crescit in fruticetis trop. prope Bodegas (S. n. 228).

3. **Tr. Smithii** DC.

Crescit in silvis subandinis prope Chillones (S. n. 229 — mense Septembre 1881).

4. **T. fulvum** Buchenau et Sodiro. — Alte scandens. Caulis obtusangulus, indistincte sulcatus, diam. ca. 1,5 mm. Caules et pedunculi pube brevi, petioli, folia, apices pedunculorum, calcaria et sepala pilis longioribus (usque fere 2 mm longis) fulvis obtecta. Petioli ca. 3 cm longi, laminâ breviores, saepe curvati, raro cirrhosi; stipulae desunt; lamina elongato-ovata, peltata, basi rotundata, apice acuta, marginibus indistincte crenulatis et supra medium unidentatis, strigosa, supra intense fulvo-viridis, infra pallidior; longitudo : latitudo = 1 : 0,47 usque 0,5; pars suprapet.: infrapet.

1) In libro: »Das Pflanzenreich«, 10. Heft, p. 5. f. 3 E: sectio longitudinalis floris *Tr. Moritziani* (a cl. K. Reiche in Engler u. Prantl, Pflanzenfamilien accepta) incorrecta est. Petala superne non sunt rotundata, integra sed re vera: serrato-ciliata.

5,2 usque 6 : 1. Pedunculi foliis conspicue (duplo vel triplo) longiores, filiformes, superne incrassati, saepe cirrhosi; flores 50 mm longi; calcar elongato-conicum, fulvo-puniceum (?) supra 45, infra 40, mm longum, diam. basi 7 usque 8 mm; sepala fulvo-viridia (?), rectangula, rotundato-obtusa; ca. 5 mm longa; petala non exserta, tepala aequantia, superne serrato-ciliata, probabiliter rubro-violacea. Mericarpium semi-orbiculare, lateribus rugosis, dorso rotundato, apice stilo coronato.

Crescit in silvis subtropicis ad viam Quito-Guayaquil prope Tamboloma (S. n. 230 — mense Septembre 1891).

Nota 1. Mericarpium descriptum erat liberum prope plantam, quae ceterum duos flores sed non fructum habet. Ergo dubium est utrum hoc mericarpium pars plantae fuit necne.

Nota 2. *Tr. fulvum* proximum est *Tr. Kuntzeano* Buchenau e Bolivia et *Tr. longifolio* Turcz. e Columbia. Utrumque glabrum est. *Tr. Kuntzeanum* praebet basim folii repandam; in *Tr. longifolio* basis multo curvatior (plus quam semiorbicularis) quam in *Tr. fulvo.*

5. **Tr.** spec. aff. **Tr. Lindeni** Wallis.

Crescit in valle Pollatanga (S. n. 231 — mense Septembre 1891).

6. **Tr. menispermifolium** Buchenau n. sp. — Alte scandens. Caulis obtusangulus, sulcatus, diam. 2 mm. Caules petiolique griseo-pubescentes; lamina et calcaria glabra; pedunculi subpubescentes. Petioli 5 usque 7 cm longi, curvati, sed rarius cirrhosi; stipulae desunt; lamina latior quam longior, repando-quinqueloba, basi vadoso-repanda; sinus lateralis inferior vadosissimus, superior distinctior sed etiam vadosus, obtusangulus; apex rotundatus; lamina supra intense viridis, infra griseo-viridis; longitudo : latitudo = 1 : ca. 1,2; pars suprapet. : infrapet. = 6 usque 7 : 1. Pedunculi folio longiores, filiformes, sub flore incrassati, curvati, saepe cirrhosi. Flores ca. 50 mm longi; calcar conico-subulatum, puniceum (?), supra 45, infra 41 mm longum, diam. basi 8 mm; sepala ca. 5 mm longa, oblonga, rotundata, viridia (?); petala parva, ca. 5 mm longa, vix exserta, superne serrato-ciliata, probab. rubro-violacea.

Crescit in silva Angamarca prope Pangoa (n. 227, leg. R. Riofrio — a. 1896).

Affine est *Tr. Deckeriano* Mor. et Karsten, sed differt foliis multo latioribus, basi vadoso-repandis, calcaribus glabris etc.

7. **Tr. stipulatum** Buchenau et Sodiro n. sp. — Alte scandens. Caules petiolique (praecipue prope nodos!) pilis patentibus obsiti; pedunculi, folia, floresque glabri. Caules erecti, saepe curvati, plus minusve angulosi et sulcati, diam. usque fere 3 mm. Petioli 6 usque 12 cm longi, saepe curvati, interdum breviter cirrhosi; stipulae frondosae, semiorbiculares, integrae vel indistincte crenulatae, diam. usque 20 (raro 30) mm; lamina peltata subreniformis, vadissime quinqueloba, basi distincte repanda, supra intense viridis, infra vix pallidior; longitudo : latitudo = 1 : 1,2 usque 1,35; pars suprapet. : infrapet. = 3.6 usque 4,3 : 1. Pedunculi gracillimi, foliis bre-

viores, cirrhosi, sub flore incrassati. Flores 25 mm longi; calcar conicus, puniceus (?), apice viridis, supra 19, infra 18 mm longus, basi diam. 4 usque 4,5 mm; sepala oblongo-rotundata, viridia, 4 usque 5 mm longa; petala parva, non exserta, superne serrato-ciliata, nigro-violacea (?).

Crescit in silv. m. Carazon, alt. 2400—3000 m s. m. (locus unicus!) (S. n. 224 — mense Julio 1882).

Species insignis, stipulis magnis frondosis praeclara. Stipulas similes frondosas praebent *Tr. dipetalum* R. et P. et *Tr. sessilifolium* Poepp. et Endl., sed species caeteris notis toto coelo diversae.

8. **Tr. pubescens** Kth.

Species omnibus frequentior.

Crescit in silvis subandinis montium Pichincha, Corazon, Chimborazo, alt. 2000—3000 m s. m. (S. n. 225).

9. **Tr.** sp. aff. **Tr. pubescens** Kth.; sed differt foliis latioribus, vadissime sinuatis et floribus majoribus. Species affines adhuc non satis elucidae sunt.

Crescit in silvis montis Corazon ad transitum torrentis Silante (S. n. 226 — mense Julio 1882).

10. **Tr. peregrinum** L.

Crescit cultum et efferatum in altiplanitie; certum spontaneum non reperi (S. n. 131[b]).

11. **Tr. tuberosum** Ruiz et Pav.

Colitur ob tubera edulia; vulgo »Mashua«.

Crescit in silvis andinis et subandinis, alt. 1600—3400 m s. m. (S. n. 223).

## Aquifoliaceae

auctore Th. Loesener.

1. **Ilex rupicola** H.B.K. Nov. Gen. et Spec. VII. p. 55; Loes. Monogr. Aquifol. I. p. 170.

Var. **pleiomera** Loes. n. var.; foliis paullulo obsoletius serrulatis, floribus 5—7-meris.

Crescit in silvis subandinis occidentalibus vulcani Tungurahua (S. n. 47?/2).

Specimen submonstrosum foliis plurimis insectorum ictibus deformatis.

2. **I. myricoides** H.B.K. l. c. p. 56; Loes. l. c. p. 189.

Var. b. **polyphylla** (Benth.) Loes. l. c. p. 191.

Forma β. **euryterophylla** Loes. l. c.

Crescit in silvis subandinis vulcani Tungurahua (S. n. 263[b]).

## Marcgraviaceae

auctore E. Gilg.

1. **Marcgravia Brownei** Kr. et Urb. (?).

Crescit epiphytica sec. fl. Pilaton, 800—900 m s. m. (S. n. 147).

Specimen mancum fructiferum certe haud determinandum.

2. **M. nervosa** Tr. et Pl.

Crescit in silvis subtropicis ditionis Angamarca (S. n. 151).

3. **Norantea anomala** H.B.K.

Frutex epiphyticus alte scandens in regione subtropica in valle Miudo (S. n. 150).

4. **N. Sodiroi** Gilg n. sp.; frutex epiphyticus scandens ramis florigeris subcarnosis obsolete angulatis undique densissime verruculis transversalibus elevatis obtectis; foliis oblongis vel obovato-oblongis, apice rotundatis, sed apice ipso breviter crasse apiculatis, basi subsensim angustatis, sed ima basi rotundatis, coriaceis vel rigide coriaceis, supra nitidulis, subtus opacis, costa supra subimpressa, subtus valde prominente, nervis secundariis paucis supra subimpressis, subtus manifeste prominulis angulo acutissimo costae impositis atque inaequaliter paullo curvatis marginem petentibus, venis nullis, petiolis brevibus crassissimis, hydatodis hypophyllis paucis minimis margini (7—8 mm a margine) subparallelo-seriatis, laminae apice incrassato certe secernente; floribus numerosis in racemum confertum brevem umbelliformem collectis, pedicellis elongatis crassis erecto-patentibus; nectariis sessilibus magnis in pedicelli parte $^2/_5$ inf. insertis erectis obovato-sacciformibus, in sicco rigide coriaceis, orificio paullo supra nectarii basin sito parvo; prophyllis calyci quam maxime approximatis omnino sepaloideis; sepalis orbiculari-obovatis, rotundatis; corolla magna, petalis oblongis, rotundatis sepala plus duplo longit. superantibus; staminibus numerosis, filamentis brevibus.

Caulis 8—9 mm crassus, dense lamellis transversalibus opertus. Petiolus 5—8 mm longus, 4—5 mm crassus; lamina 12—15 cm longa, 5—6,5 cm lata. Pedicelli circ. 5,5 cm longi, 2 mm lati. Nectaria 1,2—1,4 cm longa, 7 mm crassa, ore angustissimo, lamina brevi tenui fere clauso. Sepala 5—6 mm diametro metientia. Petala 9—10 mm onga, 4 mm lata.

Crescit in silvis subtropicis et subandinis 1200—2000 m s. m. secus flumen Pilaton et prope Consacoto (S. n. 149).

Species nova affinis est *N. macroscyphae* Gilg.

5. **N. giganthophylla** Gilg n. sp.; frutex epiphyticus scandens; ramis crassis inaequaliter angulatis vel subteretibus, laevibus vel longitudinaliter leviter vel levissime rugulosis; foliis pro genere maximis, rigide coriaceis, ovalibus vel obovato-ovalibus, apice acutis vel acutiusculis, basi rotundato-subcuneatis, petiolo brevi crassissimo, utrinque opacis, costa supra paullo impressa, subtus valde inflato-prominente, nervis venisque utrinque inconspicuis, hydatodis hypophyllis numerosissimis majusculis seriem insignem cr. 2 cm a margine distantem eique parallele percurrentem formantibus, serie altera vix distincta saepiusque vix conspicua cr. 1 cm a margine percurrente; floribus numerosis in racemum confertum densissimum brevem dispositis, pedicellis elongatis, crassis; nectariis . . ., in parte $^1/_3$ inf. pedicelli longit. insertis; prophyllis calyci quam maxime approximatis omnino

sepaloideis; sepalis orbicularibus vel latioribus quam longioribus coriaceis; petalis . . .

Petiolus 10—12 mm longus, 6—7 mm crassus, lamina 18—21 cm longa, 9—11,5 cm lata. Pedicelli 5—6,5 cm longi, superne 3 mm crassi. Sepala 5—6 mm longa, 6—8 mm lata.

Crescit in silvis subtropicis ad praedium Boloña, 1600 m s. m. (S. n. 148).

Quamquam specimen satis mancum erat, non dubitavi speciem describere, quia sine dubio nonnihil *N. macrophyllae* Gilg affinis est et semper facile foliis insignibus cognosci potest.

## Loasaceae

auctore E. Gilg.

1. **Mentzelia scabra** H.B.K.

Crescit in rupibus secus flumen Huallabamba (S. n. 552).

Frutex 0,80—1 m altus.

2. **Sclerothrix fasciculata** Presl.

Crescit in arenosis tropicis et subtropicis prope St. Nicolao (S. n. 550).

3. **Klaprothia mentzelioides** H.B.K.

Crescit in umbrosis udis Cauracoto (?) (S. n. 551. — Florens).

4. **Loasa acuminata** Wedd.

Crescit in silvis andinis mont. Pichincha et Carazón (S. n. 553), in silvis andinis vulcani »El Altar« prope Riobamba (S. n. 554).

5. **L. triphylla** Juss. var. **vulcanica** (Andr.) Urb. et Gilg.

Crescit in silvis tropicis ad pagum St. Domingo, 400 m s. m. (S. n. 557).

6. **L. triphylla** Juss. var. **aequatoriana** Urb. et Gilg.

Crescit in silvis andinis mont. Pichincha et Corazon 2000—2500 m s. m. (S. n. 556).

7. **L. Humboldtiana** Urb. et Gilg.

Crescit in valle Sallatanga, reg. subtrop. (S. n. 559), in silvis tropicis prope Puente del Chimborazo (S. n. 558).

8. **Cajophora aequatoriana** Urb. et Gilg.

Crescit in silvis subandinis mont. Chimborazo et »El Altar«, ultra 3000 m (S. n. 560. — Fl. et fruct.).

## Asclepiadaceae

auctore R. Schlechter.

1. **Cynanchum ecuadorense** Schltr. n. sp.

Volubile, alte scandens, ramosum; ramis filiformibus, elongatis, teretibus glabris, laxe foliatis; foliis patentibus patulisve, graciliter petiolatis, ovato-lanceolatis, acuminatis, basi cordatis, utrinque glabris, textura tenuioribus, subtus pallidioribus, lamina 5—7 cm longa, supra basin 2,5—3,5 cm lata, petiolo c. 2 cm longo; inflorescentiis glabris, folia bene

excedentibus, ramosis, laxe corymbosis, pedicellis filiformibus, glabris, vulgo c. 1 cm longis; floribus in genere inter majores; calycis segmentis ovatis acutiusculis, glabris, 0,2 cm longis; corolla rotata alte fissa, lobis oblongis obtusis, utrinque glabris, 1,3 cm longis, medio fere c. 0,3 cm latis; coronae foliolis in tubum cylindricum apice breviter et subirregulariter 15-lobulatum, 0,6 cm altum connatis; gynostegio coronae plus duplo breviore; antheris rhomboideo-oblongis, appendice hyalino parvulo, in stigma depresso; polliniis oblongis, translatoribus perbrevibus, retinacula anguste oblonga, polliniis longiore; folliculis fusiformibus apice attenuato-elongatis, 10—12 cm longis; seminibus obovatis compressis, brunneis.

Crescit in silvis subandinis montis ignivomi Pululahua (S. u. 107/15 et n. 107/16 — mense Septembre 1899).

Species nova inter omnes species americanas generis *Cynanchi* magnitudine florum et corona alte coalita excellens; inflorescentia quoque pluries ramosa notabilis est.

2. **Lachnostoma tigrinum** Kth. ex H.B.K.

Crescit in declivibus occidentalibus montis Mojanda ad praedium Alurincha (S. n. 107/17 — mense Octobre 1902).

## Verbenaceae

auctore Th. Loesener.

**Citharexylum ilicifolium** H.B.K. Nov. Gen. et Spec. II. p. 256.

*Ilex scopulorum* Hort. non H.B.K.

Crescit in regione interandina et subandina, arbor (S. n. 259).

Species adhuc plerumque cum *I. scopulorum* H.B.K. confusa (cfr. Th. Loesener in Notizblatt des Kgl. Bot. Gartens und Museums zu Berlin II. p. 383).

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Botanische Jahrbücher für Systematik, Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie

Jahr/Year: 1905

Band/Volume: 34

Autor(en)/Author(s): Anonymos

Artikel/Article: Beiblatt zu den Botanischen Jahrbüchern. Aloysius Sodiro S.J.: Plantae ecuadorenses. III. 5001-5016